nobis natura tradit ingenium. et artis ac pulcritudinis
sue nos fecit auctos spectatores. perditura fructum
sui si tam magna tam clara tam subtiliter ducta tam nitida
in uno tantum genere formosa solitudini ostenderet.
Ut scias naturam se aspici voluisse. vide quem locum
nobis dederit. In media nos sui parte constituit. non
tantum hominem erexit. sed etiam flexibili imposuit
ut ab ortu in occasum astra labentia aspectu per-
sequi posset. ut per visibilia invisibilium appe-
titum induceret. Ad immortalium tamen cognitionem
homo nimis mortalis est. Sed non minuo. si totum Nota.
me illi do. Si illius adiuuator auctorque sim. et
Nemo potest beate vivere sine sapientie studio. Quia
beatam vitam perfecta sapientia efficiat. Philosophia opinioni
est insipientie studio ut honesta custodias. que
ut honesta proponas. Non querit hec studium
ut tollatur ocii nausea. nec in verbis consistit. set
in operibus sapientia. Philosophia animum format et fabricat.
vitam disponit. actiones regit. agenda et omit- Nota quid philosophia operetur
tenda demonstrat. et per ancipitia fluctuantium diri-
git cursum. Hec hortabitur ut deo libenter pareas.
ut fortune contumaciter resistas. ut deum sequaris.